



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-801315-p0001-5

DFG



1768, 27  
Ab. 85.

S P E C I M E N  
CONTINENS

CAPVT IVRIS CONTROVERSVM  
DE  
**INTERROGATORIIS**  
AD HVC OFFERENDIS  
POST FATALE PRODVCTIONIS  
Q V O D  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
P R A E S I D E  
**D. CHRISTIANO HENR. BREVNING**  
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.  
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.  
S O C I O  
IN AVDITORIO PETRINO  
DIE VII. SEPTEMBR. ANNO CICICCLXVIII.  
PVBLICE DEFENDET  
**IOANNES GOTTLLOB VALENTINVS**  
ZITTAV. LVSAT.

---

L I P S I A E  
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

INTERROGATORIIS  
ADHAC OTTERENDIS  
SACRAE LITERAE MODICIONIS  
ILLUSTRISSIMORVM ORDINIS CLERICIVM  
CHRISTIANO HERIBRATI  
IN AUDITIONE PETRICO  
DIE AN: SEPTEMBER VENDE CINCIDIATI  
TERRICE DEDICATI  
OMNIS GOTTOS AVANTUR  
LIPSIA  
1521



DE  
INTERROGATORIIS  
AD HVC OFFERENDIS  
POST FATALE PRODVCTIONIS.



§. I.

Quae Romanum Ius de *Interrogationibus in iure faciundis* disposuerat, ad propositum nostrum scribendi thema haud pertinent, neque de iis scribere animus est, cum *w y b o* peculiari Diatriba de *Interrogatione in iure*, *Iliada* scriperat ad hunc Digestorum titulum. Nobis solum animus est, quasdam ad materiam de interrogatoriis, quibus hodie in foro vtimur, obseruatiunculas conscribere thesium loco. Sunt vero *interrogatoria nostra* breuissimae propositiones conceptae, vt ad eas interrogati testes respondeant, partim testimoni qualitates, partim mate-

A 2

riam

◆ ◆ ◆

riam ipsam probationis vel reprobationis in articulis conceptam continentes. Inde trita est distinctio in *generalia* et *specialia*.

### § II.

Patet vero ex ipsa definitione, *Generalium* hunc esse finem, vt ex iis testium, qui sacramento obstricti ad veritatem revellandam, qualitas accuratius inuestigetur, an apti sint, an habiles satis, vt eorum depositioni fides habenda, an vero ex eorum depositione appareat ad interrogatoria, vel suspectos plane, vel sublesta fidei esse. Neque videntur superflua haec interrogatoria, dummodo nihil queratur, quod in testium querendorum iniuriam faciat, quippe Actor absque dubio quamvis et sciat, sublesta fidei esse testes, sedulo cauebit, ne quem probationi apponat articulum, qui testium ipsorum qualitatem atque bonitatem decernat. Articuli enim, qui ipsas testium personas concernunt, nihil continent, nisi nomen, aetatem, vitaeque testium conditionem, atque an noscat actorem reumque. Reliqua e. g. an amicus, an cognatus sit litigantis partis, an utilitas simul testis vertatur in lite, an damnum ex iactura causae passurus sit, quaeque sunt reliqua, quae forum seruat, non attingit articulis suis actor, quo dein aduersae parti exceptionum contra testium fidem probatio facilior eriperetur, si haecce interrogatoria omitterentur. Neque me mouet iurata testium fides, quae semper in foro exigitur. Haec enim praeumptionem tantum operatur, quae tamen contrariam probationem admittit. Et cum haud raro pateat, quam facilis sit hominum improbitas in peierando, quamque parum, quae iurata promittant fide, seruent, ignoscendum erit aduersario, si in ipsa testium iurata depositione remedia quaerat, quibus nanciscatur contra testium fidem excipiendi occasionem.

### §. III.

## §. III.

Idem vero mihi comparatum est cum Interrogatoriis specialibus. Evidem scio, rabularum nimium scribendi pruritum interdum efficere, ut ingens copia ad articulos confessorum interrogatoriorum iudici exhibeat, quam si examenes, interdum ad quartam, interdum ad octauam numeri partem minui posset. Olim iam in hoc peccasse Aduocatos coniicio ex verbis ORDIN. PROC. SAX. VET. Tit. XX. §. 7. Dieweil auch die Gezeugniß zu großem Verzug derer Sachen, und mit derer Parthenen vergeblichen Unfosten, hierdurch sehr aufwachsen, wenn darinne viel undienliche weitläufige Articul und Interrogatorien cumuliret werden, sollen sich die Advocaten beseifigen, daß sie kein rund und allein auf dasjenige, darauf der Sachen Grund steht, articuliret, und hiermit allen unnöthigen Überflüß vermeiden. Quis vero ob abusum interrogatoriorum, quem improbi Rabulæ admittunt, usum interrogatoriorum ipsorum abiiceret atque reprobaret. Necesitas vero atque summa eorum utilitas inde patet: Actor enim Articulos probatorios conficiens absque omni dubio satis cautus erit, ne quid in iis ponat, quod sua possit contrarium esse causæ. Fac, Titium ex vendito conueniente Caium de pretio, qui negat se contraxisse. Probatione iniuncta inter alios Articulum conficit. Wahr, daß Kl. N. mit Befl. N. einen Kauf über sein Stück Feld ic. geschlossen? Wahr, daß Befl. N. versprochen 50 Thl. Kauf. Geld davon zu zahlen? Wahr, daß Befl. 5 Thl. Angeld damals an Kl. gezahlet? Adfirment testes: quis imputabit iudici sententiam ferenti: Das Kl. den Grund der Klage ic. wie recht erwiesen. Ita sane, si nulla oblata interrogatoria. Quid vero? Si per interrogatoria quæsiti testes. Ob Zeuge bey Schließung des Contracts zugegen gewesen? Ob Zeugen selbst gehdret, das Befl. das Kauf.



Kauf-Geld von 50 Thl. versprochen? Ob Zeuge gesehen,  
das Bell. 5. Thl. Angeld gegeben? Oder von wem Zeuge  
solches gehöret? Hi respondeant: se ab actore audiuisse,  
actorem dixisse, se vendidisse agrum quinquaginta thale-  
ris etc. An eadem ferat iudex sententiam? Dubito et re-  
cite. Patet et ad veram probationis causam ad interrogatoria  
examen et necessarium et utilissimum esse. Saniores vero re-  
cite abusum reprobant. Quare non dubito, recte facturum iu-  
dicem, si in examine testimoniū ea, quae plane inutilia sunt in-  
terrogatoria, neque quidquam ad rem ipsam faciunt, omit-  
tat, nec testes quaerat, cum Lex ipsa omne superfluum inutile  
plane reprobet.

#### §. IV.

Comprobata ergo Lege haec interrogatoria offerenda  
vel in probatione in termino *productionis* testimoniū, vel in re-  
probatione in termino *reproductionis*, vel ab actore, vel a  
reo. Hinc et citationi insertur clausula, quibus partes ad  
terminum productionis aut reproductionis ad iudicem vocan-  
tur: Auch daferne ihm gefällig, zulässige Interrogatoria über-  
gebe. Non ergo necesse est, vt offerat Interrogatoria: at  
vero si velit offerre, vtique potest, nisi ad sit causa, in qua lex  
non admittat interrogatoria, vt apud nos in probatione pro  
exoneranda conscientia non admitti possunt interrogatoria spe-  
cialia.

#### §. V.

Cum itaque interrogatoria in termino productionis vel  
forsitan etiam ante illum offerri debeant, quod et comprobat  
ORD. PROC. SAX. RECOGN. ad Tit. XX. §. 8. verb.:  
und sollen solche wenigstens in Termino productionis über-  
geben



geben se. Recte insertur: Si testes, ut fieri solet producti  
sint iuramentoque obstricti, amplius aduersarium ad offerenda  
interrogatoria admitti non posse, etiamsi actor forsan neglexe-  
rit contra admissionem interrogatoriorum protestari contuma-  
ciamque, si ita dicere fas sit, accusare. Neque iudex si offeran-  
tur elapsō termino amplius accipere poterit, ob verba, quae  
causam supra dictae propositionis O. R. continent: Und den  
Producētē, damit er contra impertinentia et inepta excipi-  
ren kōnne communiciret werden. Si enim testes producti iu-  
ramentoque sint obstricti, examinandi sunt, fieri nequit, ut et  
producenti, cum examen fiat remotis partibus, communicen-  
tur, quo suas offerre possit iudici exceptiones, et testes  
semel ad articulos examinati, postea examinentur ad interro-  
gatoria oblata.

#### A V §. VI. A T

Neque tamen videtur haec regula adeo generalis esse,  
ut non admittat exceptionem aliquam. Fac enim, termino  
productionis citatos non comparuisse testes, ut propterea pro-  
ductio facta non sit, productum quem vocant neglexisse of-  
ferre interrogatoria vel non comparuisse; quaeritur anne liceat  
adhuc offerre interrogatoria, antequam testes denuo citati  
compareant. Ex veteri Processu, quo denuo citandi testes  
producendique erant, nulla dubitandi causa, quin adhuc offerre  
possit interrogatoria productus; hinc in hanc sententiam etiam  
olim pronunciarunt Scabini Lipsenses teste KAESTNERO  
in Prompt. Berdoch. v. *Interrogatoria*. An vero post *Ordi-*  
*nationem emendatam* adhuc fieri possit, ambigendum. Verba  
enim supra citata: *Wenigstens in Termino Productionis,*  
et ipsa *Ordinatio illa §. 7.* expresse declarat: *Jedoch ge-*  
*braucht es, wenn nur der Producent erschienen, keiner*  
*förmli-*



333

formlichen Production derer Zeugen, wie denn auch solche wegen derer abwesenden Zeugen gar nicht nöthig. *rc.* Producit ergo possunt absentes tanquam praesentes. *bs.* Videtur ergo aduersarius admitti non posse si post terminum interrogatoria offerat. Sed salua res est, et puto iuris ante *Recognitionem* adhuc applicationem fieri posse. Nam cum ideo in termino ipso peragenda sit Interrogatoriorum oblatio, ut Productus exceptions contra impertinentia et inepta offerre possit: et testibus emanentibus noua insinuanda sit citatio, nihil obstat; si ante terminum, quo denuo vocati testes comparent offerrantur Interrogatoria, quo minus adhuc excipere possit contra interrogatoria oblata, si impertinentia sint atque captiosa, cum ea cum Producente possint communicari.

### T A N T V M.



**ULB Halle**  
005 880 491

3



ND18





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



1768, 27

Ab: 85

S P E C I M E N

CONTINENS

CAPVT IVRIS CONTROVERSVM

D E

# INTERROGATORIIS AD HVC OFFERENDIS POST FATALE PRODVCTIONIS

Q V O D

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING  
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.  
ET SOCIETAT. LITER. DVSEBVRG.

S O C I O

IN AVDITORIO PETRINO

DIE VII. SEPTEMBR. ANNO CICICCLXVIII.

P V B L I C E D E F E N D E T

OANNES GOTTLLOB VALENTINVS

ZITTAV. LVSAT.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.